

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Nobilitas i
cum uariis

Quid enim prodest ei quem sordidant mores generatio clara? Aut quid nocet illi generatio uilis quem mores adornant? Ipse enim se uacuum ab omnibus bonis actibus ostendit qui gloriatur in patribus. Quid profuit Cham quod fuit Noe filius? Nonne separatus de medio filiorum? Qui secundum carnem frater fuerat natus, secundum animum factus est seruus; nec familia eius sancta potuit defendere impios mores.

Crisostomus super illud Matthei III.: Patrem habemus Abraham.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

actibus *om.* P V¹ V² L¹ L²; Cham] Tharam M; fuit] fuerit P V¹ V² L¹ L²; filiorum?] ? *om.* P V¹ V² L¹ L²; animum] animam P V¹ V² L¹ L²; seruus:] seruus? P V¹ V² L¹ L²; mores.] mores? V² L¹; III.] III. M; habemus] hiis (*cor. in marg.*) M